Et ne quid deſit ad cumulum, filiarũ Ieruſalem (fideliũ.ſ. animarũ) cõmẽdatione adiuuatur. Quatuor hic quædam aduerte, uel in illa uel circa illam, inueſtigatiões, uota, præcepta, & preces. Inueſtigationes meditatiõis, deſiderij uota, præcepta doctorum, & ſociorũ orationes. An non doctorum præcepta, & exhortationes frequẽter cõmode ſentiuntur ab his quos & anxia inueſtigatio, & ſyncera oratio poterat laſſare? Nõnne pigra uota uerborũ ſæpius ſtimulis excitantur? Deniq; quæ feruida ſunt, his fomitibꝰ Canti.5. efficiuntur feruentiora. Inuenerũt me cuſtodes ciuitatis. Bõi & prudẽtes magiſtri, uago quodã & quaſi uenatico genere diditi utuntur, & uarios ad mentium ſtatꝰ uertũt ſermonẽ, ſi fortè inueniant quem tangant, quẽ ſtimulent, quẽ permoueãt, ſi quis audientiũ glorietur & dicat: Inuenerunt me cuſtodes ciuitatis, percuſſerunt me, & uulnerauerunt me. Quo quis perfectior eſt, uulneratur facilius, & tenet affectus, uerborũ citiꝰ ſentit aculeos. O felicem animum ad quem tam ſublimia exhortationis iacula ueniũt, quem inueniunt ſuis aptũ uulneribus, quãdo non abeunt retrorſum, auditorium uel duritia, uel ſtoliditate repulſa. Non ſunt paſſim huiuſmodi iacula fundẽda, nec in omni multitudine, ſed tantum ubi idoneæ mentes creduntur inueniri, quas tam excellens doctrina nõ effugiat. Quaſi fulgura ſunt hæc, ſumma feriunt, ſubmiſſa effugiunt, ſumma inueniunt, ſi ſumma fuerint. C Ideò dicit: Inuenerunt me cuſtodes ciuitatis, percuſſerunt me, uulnerauerũt me, tulerunt pallium meum. Tulerunt pallium quo inuolutus erat pœnaliter Adam prioris ſimplicitatis ſplẽdore nudatus, tulerunt imaginationum operimẽta, quibus impediebatur intrinſecus pallium figurarum, uelamẽ tulerũt, ueritatẽ ĩtulerũt. Reuelata, nudata, ſimplex ueritas gignit feruorem amoris. Ideò filiæ Ieruſalem nunciate dilecto qa amore langueo. Quandiu non placet, non rapit affectum, non ſuccendit perfecta ueritas, quantũlibet ſycerè ſe frui quis putet aſpectu intelligentiæ, uelamẽ patitur, operimẽtum lippitudinis, obductionis pallium. Cũm autem ablatum hoc uelamen fuerit, tunc rutilat ueritas, tunc ſcintillat & ſuccendit amorem, tunc alios ad cõgratulandũ, qui hoc patitur poterit inuitare dicens: Nũciate dilecto quia Canti.5. amore langueo. Videte Iudæam, quandiu ſub legis operimẽto latebat ueritas, quandiu cæcitatis ipſa tolerabat uelamen, metu torpebat, affectu rigido nõ poterat dulce ſentire, nec uulnerari iaculo charitatis. Cũm autem conuerſa ad dominum uelamen depoſuit, cũm ablatum hoc illi pallium erat, tunc cœpit glorioſæ huius cõfeſsionis uerbum uſurpare. Filiæ Ieruſalem nũciate dilecto quia amore lãgueo. Tũc gloriata de nouæ & inſolitæ dulcedinis guſtu, filias Ieruſalem ad gratias agendũ inuitat, & ſuæ gentis cõſortes exemplo ſolicitat. Audi deniq; quid tali ſolicitatione prouocatæ reſpõdeant. Qualis eſt dilectus tuus? & Canti.5. quæremus eum tecum. Vides quomodo participes fidei huius & doctrinæ fieri quærant in nobis. Doce qualis eſt dilectus tuus, & quæremus cum tecum. Fac nos tantæ cõſortes gratiæ, ut quærendi ſtudio amoris incipiamus affectu languere. F Sufficiat interpretatione myſtica hæc perſtrinxiſſe breuiter. Iam ad id redeamus cuius ex occaſione in hunc ſumus locũm delapſi, dum ablati pallij utilitatem expoſuimus. Nam inde eſt ſumpta occaſio qđ ait, Tulerũt pallium meum. Hæreamus adhuc paululum hoc in loco, explicemus hoc pallium. Nõ eſt enim ſimplex pallium, quo etiam ſanctæ mentes inuoluuntur. Eſt enim diplois: id eſt duplex palliũ, fortaſſe triplex, & quadruplex, quot uobis palliorum genera propoſuimus? An non adhuc graue, & oneroſum ſatis eſt pallium animarum cura, & adminiſtrandæ neceſsitatis ſolicitudo? Propria incõmoda exp̃ſsius loquar. Noui quid ſit hoc pallio premi, quàm Nota. arentem ſortitus ſum terram & ficulneam ſterilem. Iã multi elapſi ſunt anni quòd uiuo in monaſterio, quærens fructum in eo, & non inuenio. Quoties ſpes noſtra eluſit, fefellit oparam, expectationem noſtrã fruſtrauit? Iure oneroſum hoc pallium dico & eo magis oneroſum quo minꝰ utile. Nam onera ſolicitudinis leuiora ſunt quæ prouentuum leuat ubertas. Væ mihi quòd inuenerunt me cuſtodes ciuitatis, & aliquid in me dei dignum honore ſe inueniſſe putauerunt, percuſſerũt me, uulnerauerunt me, tulerunt pallium meum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo me relicto. Tulerunt palliũ meũ, pallium ſimplicitatis, pallium lucis, amictum lætitiæ, ardentis ueſtimentum affectus. Quoties ſolebam huiuſmodi pallijs totus inuolui, ſo ueri in croceis? Nunc autem tota die mente amplector & uerſo quæ Paulus arbitratur & ſunt communia. Hæc dulcia, hæc glorioſa mihi pallia tulerunt, oneroſa induerũt. Quando hæc tollentur à me? Quãdo proijciam hæc, ſi tamen pijcere licet. Felix dies quo hoc exutꝰ & expeditus palllio liberiore uos ad cõgratulandũ mihi inuitabo affectu filiæ Ieruſalem, cũm uos (quæ nihil eſtis ex parte huius qualem nunc deploro) pro renouato in uobis amoris languore gratias referetis. Miſer qdem eſt qui huiuſmodi pallio ſpoliatus, mœrore & moleſtia tabeſcit, nõ lãguet amore. Quæ ſpõſa eſt, ſic ſpoliata uel officio ſolicitudinis uel uſu, non faſtidio languet, ſed amoris ſtudio. Ideò ipſa alâis ad congaudendum ſibi & gratias agendum dilecto exorat. Eccleſia primitiua cũm quæreret Chriſtum in Iudæa, repulſa eſt. Pulſa non inuento ei loco in eis, non inuẽto ibi Ieſu tranſiuit ad gentes, quæſiuit in eis, uocauit, & in multis non inuenit, non accepit reſponſum, niſi mortis reſponſum. G Deniq; à principibus huius mundi quaſi cuſtodibus ciuitatis, quomodo uulnerati, ſpoliati bonis, laniati corpore, carnis ſuæ exuti pallio cũ uitijs martyres noſtri inter tanta & tot flumina & gurgites tormentorum non eſt in eis extincta charitas, ſed magis augmentatus quo languebant amor. Iucundum planè mihi uidedetur ex præſentis occaſiõe uerbi, martyrum inter tot uexationum & mortis genera charitatem indefeſſam cecolere, quomodo paſsiones corporis paſsione intrinſeca temperabant amoris. Nam ſi ad illos hunc locum referas, non Canti.5. eſt querelæ ſed gloriæ uox iſta qua dicunt: Percuſſerunt me, uulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Eo modo nos oportet non ægre ferre, ſi quando nos ſpoliant uel moleſtæ ſolicitudinis uel non bonæ aut periculoſæ coactionis quo ſtrictè inuoluimur pallio cuſtodes murorum. Iecit Helias pallium dum raperetur, 4.reg.2. fugit Ioſeph, dum teneretur, ſponſa tulit dum tolleretur. Gẽn.39. Speculi & imaginis uelamen proiecit Helias raptus ad faciem. Mundi ornamenta uelut magna onera fugit Ioſeph ſentiens fomitem. Solicitudine exuta, dilecti liberiꝰ captat ſponſa fauorem. Imaginatione quaſi uelamine tenetur intellectus, ne ſynceram contempletur ueritatem. Honorum & dignitatum affectu obuoluitur pallio, ne liberè pergat in ea quæ dei ſunt. Solicitudo omnem in anima lætitiam obnubilat, imaginatio obſcurat, honor tentat. In primo tenebræ, in ſecundo illecebræ, in tertio labor. In primo caligo in ſecundo cupiditas. in tertio cura. H Tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Boni cuſtodes bene norunt cui curarum impedimẽta tollant, quam exonerent animam & ad delicias ducant dilecti ſui, reddant expeditam ad delectandum & ad quærendum. Nam frequenter elabitur, nec quieſcere poteſt niſi expedito affectu. Norunt ergo boni cuſtodes cui parcant ab oneribus & actionum anguſtijs moleſtijsq; ut ex- Canti.5. peditus in occurſum amplexumq; properẽt uerbi, cui pallium perſuaſionibus auferant ſuis. Exui me (inquit) tunica mea. Hoc quidem in anterioribus dicit. Tulerunt pallium meum nudæ & puræ ſimplicitatis, innoteſcit & libero affectu in amoris negocijs: tuleruut pallium meum. Quodammodo dicentes. Quid compedita curis quæris dilectum? Quid iſtas tecum uoluis moleſtias? Si non penitus deponis officium, cur non ſolicitudines ad horam ſaltem ſeponis? Non detractamus ſtudijs, ſed inſtantiæ uolumus detrahas. Noli nimietatem quæſtus, neceſsitatis uerbo retexere. Quid bonum in te ſinis ingenium terrenis obrui? Quid illos æmularis? In oneribus poſiti

iumentis

iumentis cõparantur: terrenis inhiant, terrena mandunt, ſtudio ruminant, uorant affectu, ponuntur in ſublimi, ſed uolutantur in limo. Noli æmulari in iſtis uehementibus, nec zelaueris hanc facientes iniquitatem. An non iniquitas & inæqualitas multa ad tranſitoria intenſum impendere animũ, ad æterna remiſſum? Quid qđ non ſemper intendunt negocijs? Quid ꝙ quidã ſub obtentu prouidentiæ neceſſitatis, & ab opere manuum, & à meditatione ac ſtudio ſcrutandæ ueritatis excuſant ſe, plus dant negociationi quàm quieti, plus ſcurrilitati uerborum quàm ſcripturæ ſacræ collationi, plus ocio quàm operi, fratrum officinas circumeunt & cellas, ocioſe, curioſe, uerboſe. Noli æmulari in ſic negociantibus, nec in ſic ociantibus. Ocia uel oblata uel parata, in uſum amoris, in ſapientiæ meditationem, Eſai. 62. in dilecti uel quærendi ſtudiũ, uel inueniendi cõplexum tota conuerte. Huiuſmodi & his hortamentis, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Cuſtodes iſti ſunt de quibus ait Eſaias, Super muros Hieruſalem cuſtodes conſtitui, tota die & tota nocte non tacebũt. Sed nos iam hic taceamus à ſermone hoc, orationum & laudũ debita ſoluentes, ore aliquando taciturí, animo ſemper reddentes ſolemnia laudum domino Ieſu regi & ſponſo cæleſti per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo. XLVI.

Canti.5. ORdo conueniens. Poſt exhortationem doctorũ, orationũ à ſodalibꝰ ſuffragia uidetur orare, non ſimpliciter rogare, ſed cũ obteſtatiõis obſecratiõe. Adiuro uos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectũ, ut annuncietis, ei quia amore lãgueo. Adiuratio uehemẽtiã precãdi manifeſtat. Anxia uota ſuis neſciunt eſſe cõtenta meritis, ideo alienæ præcis mẽdicãt ſuffragia. Perfecta hũilitas de meritis ſemper alienis præſumit. Adiuro uos (inqt) filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum. Conditio iſta nõ dubitãtis eſt, ſed cum temperamento rogantis, ac ſi dicat, ſi inueneritis, hoc eſt cum inuenetitis, conditionaliter ſuſpendo, non ambigens de inuentione ueſtra, ſed magis conſulens uerecundiæ. Nam ſub cõditione ancipiti hæc uobis dici temperantius auditis, quàm ſi dicatur preciſè, cum inueneritis. Non ueretur ne ſuſpẽſiuam rogationem ad iniuriam trahant, nouit uerecundiam filiarum Hieruſalem, nouit humilem ſpiritum, & quòd tenerent pudorem. Plus læderet preciſa diffinitio quàm ſuſpenſa conditio. Si (inquit) inueneritis, Dico ſi inueneritis, nõ dico cum inueneritis. Illud dico, ſed iſtud intelligo. De meo affectu dubitatio iſta non prodit, ſed affectui ueſtro & humillimæ exiſtimationi de uobis ipſis morẽ gero. Si inueneritis hoc eſt cum inueneritis mementote mei, cum bene uobis fuerit, tunc mementote mei, ut ſuggeratis, ut anunncietis dilecto. Non oportet in huius loci diſpoſitione morari, ad mores ueſtros fratres uos mitto. Recolite qualiter ab inuicem, quàm humili affectu, quanta uotorũ inſtantia, & cum adiuratione orationum mendicatis ſolatia, non quòd omnes auderetis petere nunciari de uobis quòd ſitis amore languentes. Alium ſoletis inuicem langorẽ deplorare, non gloriari de iſto. Et ſi poteſt qs ad horã gloriari, nõ expedit quidẽ, ne forte ĩmiſſione inanis gloriæ gloria ueſtra nihil ſit. B Sunt tamẽ nõnulli q conuerſatiõis iudicio & horis officio diuini in ſe lãgorẽ amoris occultare nõ poſſunt. Cõcepta nõ poteſt nõ alqñ amãtis os parturire. Nam ad aliorũ cõſolationẽ uerbũ latẽter elicit ſpiritus interiora replẽs, ĩfuſæ gratiæ copiã eructat. Deniq; & in hoc loco ſpõſa nõ loquitur, ſed ſpiritus eſt q loquitur in illa. In colatiõibꝰ ſctis ſuſpiria, ſingultus, de imis prodeuntes præcordijs crebri gemitus, nõnne ſunt quædã eructationes ſpiritus & conceptæ gratiæ? Talibus indicijs nõnne ſe prodit languor amoris? Non eſt occultatus languor quãto gemitus non eſt abſconditus. Ipſe ſe prodit languor, cum hæc producit indicia. Quid ergo percepta ſigna, nõnne quandam admirationis uim habænt, ut eos qui hæc deprebendunt, ad congratulationis promoueant affectum? Etiam ſi ſermo ſileat, conuerſationis piæ ſanctitas rogat. Commendari uult dum ſe quibuſdam prodit indicijs. Quid enim? Cum aliquando cæleſtem hunc deprehendero amorem, nõnne habeo quaſi adiuratum puteum, ut propenſas pro eo gratias agam? Num commendabo precibus pijs cõceptum languorem, quem gemitus altus prodit? Durus ego ſi non tam ſanctam & diuinam in fratribus paſſionem, qua poſſum orationis inſtantia foueam, ſupplicatione commendem, replicem & annunciem dilecto ſi copia detur. Quid tu q fratrũ mauis uitia numerare quàm uirtutes, damna quàm dona, condemnare quàm commendare? Si te ad commendationem adiuratum non ſentias, non es iam Hieruſalem filia, ſed filia Babylonis. Filia Babylonis miſera, quis retribuet tibi retributionem? retribuetur enim tibi. Dediſce Babylonis filia eſſe, barbaros depone mores. Deſine in ſanctis numerare magis detrimenta quàm lucra. Sufficiat tibi iniuriandi malitia. Noli ſaltem foris nunciare, noli prædicare ſodalibus tuis. Nam ſodales ſponſi, aurem non accommodant ſi deroges ſponſæ. Ipſe ſponſus ægre audit iniurias dilectæ. Cuicunque dicis, illi dicis. Auris enim zeli audit omnia Temerarium eſt dilectam condemnare dilecto. Bona ſibi mauult, nunciari de ſponſa, & commendationi promptius aurem præbet. Nouit hoc ſponſa, Cant.5. ideo dicit. Adiuro uos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum ut annuncietis ei quia amore langueo. Vt annuncietis, inquit. C Annũciatio precationis tenet effectum Humanum recogitate morem in rogando. Nam apud miſeratorem alicuius commemorare miſeriam, ipſum rogare eſt. Efficax precatio eſt modeſtia ſuggeſtio, oppreſſi infirma exponere, fortunæ infœlicitatem inſolentiam hoſtium Hæc inquam exponere in aure potentis, quid aliud eſt quàm ipſum uerecunda quadam prece ad auxiliandum inflectere? Quot in locis apud pſalmiſtam hunc precis modum inuenies? In euangelio inquit Maria ad Ieſum. Vinum non habent. Ioan.2. Non precatur dominum, nec imperat filio, defectum uini tantum nunciaſſe contenta. Cum beneficis & ad liberalitatem propenſis ita agendum eſt, non eſt enim gratia uiolenter exprimenda, ſed proponenda occaſio. Commenda ſponſam ſponſo, dotes eius enumera. Nõnne hoc eſt eius inflammare concupiſcentiam, ſtimulos adhibere? Nunciate dilecto. Hoc nunciare, ipſum prouocare eſt ad rependendam uicem, ad refocillandum amore languentem. Ipſe conſolationis diſponit in corde ſuo, ſed noſtris expectat precibus compelli. Quod facit, faciet citius nobis pulſantibus, fortaſſe & uberius. Dilatio hæc cruciatum mihi parit, ſed conſolationis parturit cumulũ. Multiplicatis precibꝰ, expectat ſolatia uberius refundet. Nunciate dilecto quia amore langueo. Vos nunciate quibus patet ad dilectum familiaris acceſſus. Vos nunciate quæ noſtis ex parte quanta ſit amatorij uirtus languoris quàm ſit fortis ut mors dilectio, quàm ſit ut infernꝰ æmulatio dura. Adiuro uos vt annũcietis quia amore lãgueo. Narrate & annunciate, & exaudiet uocem ueſtram ut refoueat uota mea. Annunciate quia amore langueo. Non languet amor ſed languet amans. Vbi uiget amor: ubi uiget languor, ſi abſit quod amatur. Quid eſt languor niſi affectio quædam de abſente dilecto amantem conficiens? Amor uehemens patientis ſimul afficit & carnem & mentem. Illius extinguit laſciuiam, huius & lætitiam perſtringit. Carnis extinguit motus, mẽtis hilaritatẽ perſtringit quodã triſti affectu & deſiderio abſentis dilecti. Languet caro, dũ eius languidior & remiſſior motus efficitur. Languet animus dum æſtuantis uoti nimietate cõficitur. Carnis lãguor eſt motus eius uel nullus uel perexiguus. Animæ lãguor eſt motus eius nimius. Nõnne eo ipſo caro cõficitur quo mens abſtracta ab eius amore in alia quædam auertitur? Carnis motus nõ ſentitur, dum animꝰ ſentitur uehemẽtior factus. Vix ſuſtinetur, aliquoties quidẽ nec ſuſtineri poteſt qñ nimius exæſtuans amor patientis animi

uires exhaurit. Quæ eſt enim humanæ mētis fortitudo ut
ſuſtineat cum eā ille celeſtis amor ſponſi impatienter exa-
gitat? Liquefactus in hac exercitatiōe ſe fugit animꝰ, amo
ris uiolentiā ferre non ualens. Sic enim in cōſumpta mate
ria & iam deficiente, languidiora redduntur ignis incendia.
Deut.13. Et deus noſter ignis cōſumens eſt. Sentit oīno uim ſermo
nis huius qui uehementiori languet affectu, in meditatio
ne dei ſui delectatus & exercitatus & deficiens. D O
potens & præpotens paſſio charitatis, ſi nō tēperatur, non
toleratur. Iure potens, quæ animum quem poſſiderit, ſui
ipſius efficit impotē? Cū ſemel fuerit accenſa in mente, at-
tingit à fine uſq; ad finem fortiter, facit ad quod uenit, &
proſperatur & creſcit, nec deficit donec deficientē reddi-
derit animā: Sicut enī hoc corporalis languor non eſt ſem
per æqualis uehementiæ, ſed eſt aliquoties eius intentior
paſſio: ſic & amoris affectio, & ſi iugi deſiderio ſe tendit in
dilectum, aliquando quidem intēſioribus uotis exæſtuat
hora orationis maxime. Tunc quidē languet amans, quia
ſpiritus uehemēs pertranſit in illo, & non ſubſiſtit. In exi
tu horæ illius dicere poteſt. Filiæ Hieriſalem nunciate di-
lecto quia amore liqueſco. Ante hanc horam languor eſt,
ſed in exitu eius in liquefactionem uertitur languor. Ideò
cum tu horas non ſinas animū fluctuare, non declinare ad
alia, ut cum fœlici fuerit hac paſſione tactus, ad illā ſe ſtrin
gat donec pleniꝰ inficiatur & percurratur & conſumatur.
Non enim deſinet quouſq; totū percurrat & ebibat hoīs
Dani.10 ſpiritū. Sic uir deſideriorum elanguit Daniel ex uiſione
cæleſti, ut nihil uirīū remaneret in ipo. Cum pertranſierit
illa uehemens paſſio, ad tollerabiliorē quendam & huma-
num magis languorem ſponſa redit qui ei continuus eſt,
qui tam concitatus non eſt. Hic planè & ſi non deficit, ta
beſcit tamen abſentis amore dilecti. Bonus hic languor,
per quem carnalis affectus ſe languide mouet. Aliud eſt ſi
impetus carnis fortiter ſurgens, fortiore ſuperueniente re
primitur: aliud ſi languens & quaſi expirans moribundo
pulſu molliter tentat. E Sentio adhuc alios quoſdam
languores, moleſtos omnes, utiles tamē, languorem timo-
ris, languorem tædij, languorem triſtitiæ. Quidni comſu-
mar timore & mœrore præ conſcienſia nequiter tranſactæ
uitæ, timore pro facilitate uitæ inter laqueos agendæ, ui-
Pſal.38. tæ tedio in imagine traſeuntis uitæ. Vniuerſa enim uani
tas omnis homo uiuens Vtinam tibi domine aliquæ filiæ
Hieruſalem nūcient languores meos ſi qui ſunt in me qui
commendari tibi digni ſunt. Nam multi ſunt in me indi-
gentes curari. O me fœlicem ſi aliquis cēturio cæleſtis di-
Matt.8. cat tibi. Domine, puer meus iacet paraliticus in domo, &
male torquetur. Vtinā domine ſtatim reſpōdeas. Ego ue-
niam, & curabo eum. Dic domine uerbo & ſanabor. Ver-
bum ades, quia uerbum es. Magna curationis uirtus in
uerbo, & quod tu es dñe, & quod à te per tuos eſt. Senſit
Ibidem. hoc centurio qui dixit. Domine dic tantum uerbo, & ſana
bitur puer meus. Sed uacuus eſt tamē omnis ſermo docen
tis, ſi tu domine intus non loqueris. Dic uerbo, & ſanabi-
tur languor meus, fortè & generabitur in me languor te
loquente, ut ego dicere audeam, filiæ Hieruſalem nuncia-
te dilecto quia amore langueo. Bonus uterq; lāguor, ſiue
uehemens & cōcitatus, ſiue hic cōtinuus & temperatus,
niſi ꝙ in eo iſte cōtinuus non eſt, ꝙ frequēter non reuerti
tur ad ipſum, propter incontinentiam ardentis deſiderij
excreſcens, & non ſe compeſcens. Non conuertitur donec
deficiat iterum. Si ad horam diligis, & poſt horam deſiſtis
non eſt amor. Si diligis & ex amore abſentis dilecti non ta
beſcis, non eſt languor. Vt ergo amor languor ſit habeat
utrunq;, & continuationem, & confectionem. Nunciate
(inquit) dilecto, quia amore langueo. Qui in infirmitati-
bus ſunt languores nūciari uolunt medico, quæ dilectio-
nis ſunt amico. Illi quidē ut curentur, iſti autē ut recreen-
tur. Aemulamini fratris meliorem habere lāguorē, quem
ſicut abſentātis ſe dilecti deſiderium creat, ſic ſe præſentā-
tis delectatio recreat domini Ieſu ſponſi eccleſiæ & animæ
ſanctæ: qui uiuit & regnat per oīa ſecula ſeculorū. Amen.

Sermo. XLVII. A

QValis eſt dilectus tuus ex dilecto ô pulcherri- Canti.5.
ma mulierū? qualis eſt dilectus tuus, qm̄ ſic ad-
iuraſti nos? Magno ꝓfuſe uidentur affectu inter
rogationes iſtæ tam uehemētes. Arbitror in fi
liabus Hieruſalem, ex confabulatione ſponſæ languētis,
ſimilem languorem aut creatum ut ſit, aut excitatū ut au
ctior ſit. Et in ſequētibus dicunt. Quò abijt dilectus tuꝰ? Canti.5.
& quæremus eum tecū, quaſi dicēt. Quæremus tecū, ſed
& nobis quæremus, illo tecum frui uolentes. Deniq; non
dicūt, quæremus tibi, ſed quæremus tecum, participium
inuentionis optātes & ſibi. Magna utrinq; humilitas, &
in ſponſa, & in filiabus. Hieruſalem. Illa ſe rogat cōmen-
dari ſponſo iſtæ ſe inſtrui rogant de ſpōſo, nec ſimpliciter
ſed illa cū adiuratione, hæc cum ingeminatione. Non eſt
enim leuiter rogantis uel ꝙ illa adiurat, uel ꝙ iſtæ ingemi
nant. Qualis eſt (inquiūt) dilectus tuus es dilecto, ô pul-
cherrima mulierū? Qualis eſt dilectus tuꝰ ex dilectio, qm̄
ſic adiuraſti nos? Vtiliter adiuratæ ſunt quæ ſic animatæ
ſunt Non eſt exigua ſanctæ collationis utilitas. Verbū eſt
& quo charitatis languor generatur, & quo infirmitatis
curatur, Nouit Centurio uim medendi efficacē in uerbo:
Ideò dicit. Dic tātum uerbo. Bonū eſt ſi dicantur uerba, Matt.8.
ſed nihilominus bonū eſt ſi ſcribantur uerba. Volat enim ir
reuocabile uerbū, niſi ſcripto mādetur. Scriptura uerbū
& ſtabile facit & uiſibile, mandatū paginæ repoſcetur cū
uoles. Bonus repoſitarius eſt liber, integre quod accepe-
rit reſignās, cum uoles ſumes, ubi uoles leges quādiu uo-
les moraberis. Scriptura memoriæ reparatrix eſt, qa uer-
bi repræſentatrix eſt. Puto uerbi medicamēta illic cōdis.
Seruantur enim illæſa, Si uerbum medendi uim habet cū
dicitur, cur non habet cū legitur? Si bona curatio cū di-
cis, cur non bona cum legis? Non curetur hoc modo lan
guor meus, hoc eſt dicere, qui primo audit, uerbi utilita-
tem capiat, ad poſteros & longe poſitos nō pertingat, ubi
primo ſonat, ibi ſuffocetur, exhauriatur omnis eius com-
moditas auditu primo, æterno prematur ſilentio Non iterū
cedat in terrā bonam ut fructum faciat. Hoc medicamen-
tum qui primus acceperit cōualeſcat æger, uirtutem eius
poſt illū perſentiat nullus. B In piſcina illa poſt aquæ
motum ſanabatur unus, ſed in uno illo ſignata eſt chari-
tas, non ſingularitas. Poſt primum curatum non eſt di-
ctum de piſcina illa: Exinanite exinanite uſq; ad funda-
mentum in ea, aquæ ſalutaris nec ueſtigium maneat. Bo-
nus aquæ motus diſputatio & exagitatio ſacræ paginæ.
Bene enim mouetur, cum prudenti uentilatione ad ſpiri-
tualem promouetur intellectum. Bene mouetur: cum eius
diſcutione auditor promouetur. Sicut medicamentū ſic &
cibus eſt uerbū: & quomō dicitis, cibus quem uos opera
mini pereat, non permaneat? Sed tamen nō eſt paſſim om
nibus hæc permittenda licentia, nec aquæ motus ſanabat
niſi cum angelus deſcendens tpe ſuo mouiſſet eam. Ille
utiq; angelus cuius labia cuſtodiunt ſcientiam, ex cuius
ore eſt exquirenda legis ſcientia. Ergo (quod quidē faten
dum eſt) magna texendi uerbi ſalutaris utilitas, ſed cum
alicui hoc opus permittitur, uel magis cū exigitur ab eo. Ideò
non uidetur noſtrorum redarguenda cautela maiorum
(quæ ſuperabūdans nō nocet) quæ generaliter imponit
ſilentiū, ne aliquibus utiliter indulta licētia, alijs præſum
ptionis temerariæ ſcandalum, fiat, ſimul ne quis dum in
onere ſibi non impoſito occupatur, ocietur ab impoſito.
Et ut reuertamur ad propoſitum. Multum excitatæ & ani
matæ ſunt ex collocatione & adiuratione ſponſæ filiæ
Hieruſalem. Quomodo non animentur ad rogandū de pul
chritudine ipſius, pro cuius amore ſponſam languentē &
fere exanimatā uidēt? Deprehēſus in ſpōſa languor amo-
ris, in hāc illas q̄rendi curioſitatē ꝑtraxit. Videtes enī in
ſpōſa amorā eſſe uehementē, cauſas & irritamenta tāti af-
fectꝰ arbitrantur in ſpōſo. Affectuoſe q̄runt qualis ſit in ſpō
ſo pulchritudo, de quo non pn̄t non præſumere quin ad-
mirabiliter pulcher ſit: & ſpōſæ pulchritudinem in argu
mentum

Cant.5. mentum aſſumunt pulcherrimi ſponſi. C Qualis eſt di-
lectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum? Pulcher-
rima mulierum eccleſia eſt, quæ ſingularum animarū pul-
chritudo eſt. Pulcherrima eſt in qua omnis pulchritudo
eſt, & deformitas non ineſt. Deniq; & qua ex parte de ec-
cleſia ſunt, deformes non ſunt. Si quibus uidetur ineſſe
deformitas, & ſi aliquibꝰ de membris eius ad horā reſper
gitur deformis macula, non tamen imputatur dum non
immoratur. Fortaſſe plus accipit pulchritudinis poſt ma
culam deterſa, quàm deformitatis contraxit ſubitò reſper
ſa. Bene itaq; pulcherrima & omnem pulchritudinem ha
bens, & omni fœditate carens. Sed & multæ fideles & ſpi
rituales animæ in eo pulcherrimæ ſunt, & aut per ſanctam
conuerſationem maculam non admittunt, aut per ſolici-
tam & ſynceram cōfeſsionem ſubinde diluunt. Pulcherri
ma eſt quodammodo, non omnes alias excellens, ſed non
excedēs. Quaſi exceſſus nō eſt, ubi ſitus regreſſus eſt. Pul-
cherrima ergo eſt, decorem & confeſsionem induens, ami
cta lumine ſicut ueſtimento. Pulcherrima eſt quæ p ipſum
lumen eſt amicta lumine per confeſsionem, per conuerſa-
tionem exiſtēdo lumen ipſum. Qualis eſt dilectus tuus ex
dilecto ô pulcherrima mulierum, qualis eſt dilectus tuus?
Non uacat multo effectu hæc ingeminatio, nec myſterio
uacat. Quòd ſi ita dixiſſet: Qualis eſt dilectus tuus ex di
lecta, ſicut dicit: Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: nemo
ambigeret quin alterum referendum eſſet ad eam genera-
tionem quæ eſt ex patre, alterum ad eam quæ eſt ex matre.
In utraq; enim mirabilis eſt & concupiſcibilis nimis, ſed
ex coniunctione mirabilior multo. Naturarum duarum
alterutram aut cum patre habet aut cum matre commu-
nem. Coniunctio iſta propria eſt. Ibi perſonalis eius pro-
prietas communiter conſideratur in iſtis, quia integrali-
ter cōficitur ex iſtis. Conſtat enim ex duabus naturis, ſed
nihilominus conſtat in duabus illis, ex coniunctis cōſtat,
& in ſingulis conſtat. Ex coniunctis & non in ſingulis cō
ſtat proprietatis eius integritas, per quam ſimul diſtat &
à patre & à matre. Non enim ab alterutro ſed in copulatis
diſtat ab utroq; & quolibet qui nō eſt ipſe. In ſingulis &
in copulatis cōſiſtit naturalis eius eſſentialitas ſm quid:
& ſimpliciter & per ſe deꝰ eſt ſicut & pater: & ſimpliciter
& per ſe homo ſicut & mater. Non ex parte & ſm quid
deus, ex parte & ſm qd homo. Ideo totus dictus eſt deus,
& totus dictus eſt homo. Non totum quod ipſum eſt, ſed
quod ipſe totus, nec quaſi in omni parte ſit deꝰ, & in o-
mni parte homo, ſed quia nō eſt pro parte deus, & ꝓ par
te homo. D Quod ergo dicitur totus deus, & totus
homo, magis partes excludit quàm colligit, eſſentialem
ſimplicitatem in utraq; natura inducens, non ꝙ utraque
eſſentia ſimplex ſit, ſed ꝙ ipſe ſimpliciter eſt utraq;. Pro
pter quod & habitu inuentus dictus eſt ut homo, qa cū
non ſit connaturalis diuinitati humanitas, per ſuſceptio
nem tamen in perſona Ieſu quaſi habitu quodam eſt ue-
ſtiens & cooperiēs eam. Non eſt diuinæ naturæ humana
natura connaturalis, ſed tātum perſonæ ipſius Ieſu quæ
humanæ naturæ propria ſunt naturaliter inſunt. Sic eſt
in natura hominis ꝙ naturaliter eſt homo, uerus homo,
& uerè homo. Verus homo propter ueritatem animæ &
humanæ carnis. Verè homo, quia uerè cōſtans ex anima
humana & carne, ex ueris conſtans & uerè conſtans, non
tantum uera habens, & uerè habens partes humanitatis,
ſed uerè etiam exiſtens ex ipſis. Naturales habens, & na-
turaliter habens ſicut naturaliter deus, ergo & generali-
ter, & nō tantum habitu homo. Iure ergo ſicut in uerita-
te diuinæ dicitur extare naturæ Ieſus, ſed & in ueritate hu-
manæ naturæ creditur, utraſq; naturas habens, & natura
liter. Ideo filiæ Hieruſalē diſtinctè quærūt qualis ſit ſm
utranq; partem, de generatione ipſius optātes & natura
doceri. Qualis eſt dilectus tuus? In natiuitate diuina eſt
dilectus ex dilecto, in natiuitate hūana factus eſt dilectus
ex dilecta: niſi ꝙ non tam eſt ipſe dilectus ex matre, quàm
ipſa eſt effecta dilecta per ipſum. Totū habet quod habet
dilectus ex dilecto, ſed non totum à dilecta, magis autem
totum habet quod habet ipſa ab ipſo. Ideo cùm primū
rogant filiæ Ieruſalē. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto,
nō ſimiliter adiungunt qualis eſt dilectus tuus ex dilecta,
ſed ſimpliciter qualis ex dilectus tuus ꝙ ibi ſupra capaci-
tatis ſuæ uires uota porrigunt, corrigunt incōtinenti ad
humaniorem quandam & magis modeſtam ſe conuerten-
tes. E Poſſumus autem utroq; ſenſu hoc intelligere, ut
aut interrogatio propter geminam in Ieſu naturam acci-
piatur congeminata, aut illa prior quaſi incapabilis hac
ſequenti ſit reuocata, ac ſi dicant: Qualis eſt dilectus tuus
ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Huius te fidei ueri-
tas quam tenes de generatione dilecti de dilecto, inter o-
mnes omniū profeſſores ſectarum tè pulcherrimam facit.
Iſta fides te mundat, iſta uenuſtat, qua dilectum tuum dile
cto ex quo eſt æqualē defendis. Talis eſt qualis ipſe à quo
eſt. Mira æqualitas, & mira qualitas. Equalitas illa identi
tatem ualet, qualitas ſubſtantialitatem. Si eſſent duæ na-
turæ, utraque ſumma, una in patre, in filio alia: eſſet quidē
æqualitas, non eſſet identitas: ſed æqualem ſibi aliam di-
uina natura non admittit. Vna numero in utroq; eſt qua
litas, & ſubſtātialis qualitas, imo ſubſtātiæ qualitas. ideo
filium qualis eſt pater talem eſſe, eſt & ipſum quod pater
eſt eſſe, qualis pater eſt, talis & filius: & ipſa qualitas eſt
uterq; conſubſtantialis eſt illi, & eadem eſt cum illo ſubſtā
tia. Subſtantia non tantum ſubſiſtere cōferens, ſed & ipſa
ſubſiſtens, uiuens, potens, intelligens. Talem prædicas di
lectum tuum ex dilecto, talem diffinis. F Si fieri poteſt
huius fidei nobis rationē ediſſere, & ſufficit nobis. Oſten
de nobis patrē, & ſufficit nobis. Quomodo ſciemus qua-
lis eſt dilectus tuus ex dilecto, ſi non edoces qualis eſt dile
ctus ex quo eſt? Sed non eſt hoc aut huius temporis, aut
huius capacitatis noſtræ: ſed ſufficit credere quia talis eſt
qualis eſt pater. Quamuis non ſufficimus comprehende-
re quæ illa qualitas eſt, doce qualis ſm humanitatem eſt ſe
cundū quā dilectus eſt ex dilecta. Doce & dic qualis eſt di
lectus tuus. Delectat nos de ipſo iam audita reaudire. Re-
plica nobis quæ de dilecto tuo uel credi debent, uel capi
ualent. Vtraq; audita nos uehemēter delectant: & quæ in
capabilia nobis ſunt nos tamen capiunt illa, eo ipſo admi-
rationis & amoris æſtu capti ſumus, qui te ſic captam, ſic
arreptam, ſic æſtuantē uidemus. O qualis eſt ô quàm ama
bilis eſt dilectus tuus, cuius in te ſemp amor capit augmē
ta, qui tibi ſit ſemper de dilecto dilectus, imo de dilectiſsi-
mo ſemper dilectior, cuius te facit amor pulchram, expe-
riētia auidam: auiditas anxiam. Anxij eſt enim & affectus
uotiui ꝙ ſic adiuras nos. Qualis eſt dilectus tuus ex dile-
cto, quoniam ſic adiuraſti nos? Quàm pulcher eſt qui in te
fœdum nihil eſſe ſuſtinet, ideoq; pulcherrimam efficit mu
lierum. Quàm amabilis & gratioſus ſine quo nec ad horā
eſſe ſuſtines, propter quem ſic adiuraſti nos. Rogo uos fi
liæ Ieruſalem (huius terreſtris Ieruſalem) cur non has ad
eccleſiam interrogationes ingeminatis? Cur hāc utranq;
natiuitatem in Chriſto quam detractatis cōmēdare, diſsi-
mulatis addiſcere? Cur uos non ſentitis adiuratas ab ec-
cleſia, prolatis contra uos ſcripture ueſtræ cum fide teſti-
monijs, collatis in fide ſpirituum gratijs, perlatis pro fide
paſsionum martyrijs? Cur non uos quaſi adiuratas ſenti-
tis ab eccleſia aptioribus quas frequētat ceremonijs, acu-
tioribus quas tractat ſententijs, altioribus quæ expectat
præmijs, arctioribus quibus ſe inſtituit uotis? Diſciplina
reſtrictior, doctrina inſtructior, expeditior ritus, eminen-
tior uirtus tibi poterat zelum generare, prouocare affe-
ctum, & ad mouendam æmulationem adiurationis habe-
re uim. Sed ueniet tempus (nondum eſt enim) cum cōuer
ſis uobis ad dominum, auferetur ignorantiæ & diſsimula
tionis uelamen, tūc quaſi ſenſibiles effectæ, accepto domi
ni ſpiritu, adiurationum iſtarum ſentietis uirtutem, tunc
in ſanctam expergefactæ curioſitatem: auidas interroga-
tiones frequentabitis, dicendo. Qualis eſt dilectus tuus
ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus

tuus,quoniam ſic adiuraſti nos? Iudæorum(fratres mei) nondum tempus aduenit,noſtrum autem ſemper paratū eſt. G Ideo omiſsis friuolis & fraudulentis ſermonib⁹, huiuſmodi admirationum uel interrogationum commercia celebremus in conuentibus noſtris. Vtinam uos tales ſitis filiæ quæ talia dogmata deſideretis audire,utinam & ego talis ſim ſponſa à qua ualeatis paratè talia petere. O beata uerè mater quæ ſibi dici audire meretur. O pulcherrima mulierum. Beata planè ſi pulchritudinem tantam in-

Treñ.4. tegram ſeruet. Candidiores(inquit)nazarei eius niue,nitidiores lacte,rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorū. Magna certè collaudatio,ſed maior uituperatio. Candor niuis,lactis nitor,rubor eboris,puritas & pulchritudo Saphiri,carbonis obducuntur nigredine. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum,& nō ſunt cogniti in platéis, Non ſunt utiq; pro nazareis cogniti iam in platéis. Silebo de alijs:ordinis noſtri cernite uiros, quàm admirabile erat nomen eorum in uniuerſa terra. In uicis quando uix erāt uiſi in platéis,ſtatim cogniti p ſanctitatis ſigno erāt in eis. Nunc autem nullo religionis diſcrimine,nullo priuilegio conuerſationis,aut nullo aut prætenui diſtincti & ſignati ſunt à cæteris. Ideo non ſunt cogniti quaſi nazarei in platés. Frequentia platéarum dedecorat nazareos,& peregrinam ſpeciē inducit. Mutatus eſt color optimus,diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniū platéarum:ideo non ſunt agniti in platéis. Non agnoſcitur in eis natiuus candor,non nitor,non rubor,non pulchritudo. Quid enim iſta ſignificent? pulchritudinē magnam depingunt:ideo non ſunt cogniti in platéis. Hi nazareorū colores ſunt, hi etiam ſponſæ & ſponſi ſunt. Nā & ſponſa hoc in loco loquitur & dicit. Dilectus meus candidus & rubicūdus. Talis eſt nazareus noſter:& cui aſsimilatur nazareorum color, aſsimilatur & ſponſæ color. Illa enim nazarea eſt, domino ſe Ieſu nazareo deuouens & deſponſans:quam cùm talem inuenerimus,collaudem⁹ pulchritudinem eius,conſulemus peritiam. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus,quoniam ſic adiuraſti nos? Sed iam dilecti ſui laudes retexat domi[illegible] Ieſu: qui uiuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo XLVIII.

Cantí.5. DIlectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Studium dilectum intermittit adtēpus,ſed ad tempus modicum ut filias inſtruat: delectabilia neceſſarijs interrumpit:nec tamen ſine dilectione eſt ꝙ ſponſi memoriter recenſet præconia. Dulces enim faucibus ſponſæ laudes ſunt ſponſi. Pia mater & ſpoſa prudens filias informat, cōmendat dilectum. Iure prudens:tam parata & tam profuſa habens quæ eloquatur de ſponſo. Diligenter illi ſingula ipſius & notata ſunt & recogitata ſunt quæ tam in pramptu ſunt. Trahūt ſingula affectum eius quæ memoriæ tenaciter hærent. Color,caput,comæ,oculi,genæ,labia, manus, uenter,crura, pes,guttur,omnia hæc figurate deſcribūtur in laude ſpōſi. Et quaſi in clauſula & breui capitulo totum cōcludēs. Totus(inquit) deſiderabilis:ut quæ in his amoris ſui parata alimēta eſſe doceat. Talis eſt ait dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus. Videte in his omnibus doctrinam ſpon-

Cantí.5. ſæ,uidete deuotionem,uidete diligentiam uel quærendo dilectum,uel inſtruēdo filias,uel recolendo laudes ipſius. Obnixè adiurat,paratè reſpondet,figurat ornatè, diſtinctè partitur,ſuccinctè pertranſit,ſummatim ſtringit & neſcio an ſufficienter exprimit. Scio quidem ꝙ affectuoſè cōcludit. Talis eſt dilectus me⁹,& ipſe eſt amicus meus. Laudum iſtarū magnus ambitus,& magnus planè amor laudantis. Iam ſingulos laudis huius articulos reuoluamus. Dilectus meus candidus & rubicundus , electus ex milibus. Singularis miſtura eſt colorum qui in ſola perſona domini operatione diuina conuenerunt in unum, nec ut ſint unus ſed ut ſint in uno. E O gratioſus ſponſus & amabilis ualde,in quo generatio diuina candet, & rubet humana. Ipſe eſt enim candor lucis æternæ. Ipſe etſi non ex ſanguinibus,neq; ex uoluntate carnis,neq; ex uoluntate uiri:de ſanguine tamen matris natus eſt, & nihil in eo Eſaiæ.1.

ruboris illius,de quo ait Eſaias: Si fuerint peccata ueſtra rubra ſicut uermiculus,uelut lana alba erunt. Non ſibi cōueniunt,nō ſe patiuntur lanæ albedo,& rubor uermiculi. Eſai.63.

Alius eſt quidā rubor qui inuenitur ſimul cum candore in ueſtimento Ieſu. Quare(inquit Eſaias)rubrum eſt ueſtimentum tuum? Veſtimentum domini Ieſu natura uirgineæ generationis,candens munditia & innocentia ſanctitatis,multo decentius colore paſsionis uoluntariæ in credentium rubet affectibus. Qualis rubor qui dealbādi nō caret effectu? Lauerunt(inquit) ſtolas ſuas & candidas Apoc.7.

fecerunt in ſanguine agni. Rubor hic in Ieſu meo candorem inuenit,non fecit:in nobis facit,non inuenit. Rubor hic cruentæ natiuitatis & propriæ iniquitatis ſuperinductus colore,rubore eius in candorem conuertit, fide corda mundans. Iuſtificati enim ſumus per fide in ſanguine Ieſu. Bene tibi rubet pro te cruor effuſus, ſi in animo tuo uiciſsitudinis accendit affectum. Bene tibi rubet ſi tibi rutilat in effuſo ſanguine pro te nimia charitas dei. Sic enim dilexit ſpōſam ſuam Ieſus,ut lauaret eam in ſanguine ſuo. Flammea eſt charitas,hæc mihi dominum Ieſum rubicundum facit. In eo mihi & ueritas candet:& rubet charitas. Dilectus(inquit)meus candidus & rubicundus. Quidni candidus? Ipſe lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt ullæ. Quidni rubicundus? Deus enim ignis eſt,& ipſe ignem uenit mittere in terram. Si tibi miniſtrat intelligentiæ lucem,candidus eſt:ſed ſi non animum accēdit ad amorem, non eum ſentis rubicundum. In ſeipſo utrunq; eſt,ſed tibi non eſt niſi cùm eorum in te ſentis effectum. Si ſponſa es æmulare miſturam gemini coloris huius à ſponſo tuo, ut ſimiliter candida & rubicunda ſis,id eſt ſyncera & ſuccenſa. Nam ipſe ſicut ſerenādi ita & ſuccendendi uim habet, Qui approximat igni.

¶Expliciunt ſermones Gilberti ſuper Cantica canticorum.

ANno uerbi incarnati Milleſimo cēteſimo. xiij. ad honorem & dec⁹ totius eccleſiæ ſanctæ dei beatiſsimus pater noſter Bernardus,annos natus circiter uigintiduos igreſſus eſt Ciſterciū cum ſocijs amplius quàm triginta ſub abbate Stephano. A cōſtitutiōe eiuſdē ordinis anno.xv. Anno aūt domini. M.cxv. fuit ordinatus abbas claræuallis. Erat autē Claraeuallis loc⁹ in territorio Lingonēſi,antiqua ſpelunca latronū,& antiquitus dicebatur uallis abſcinthialis,ubi abbas habitauit trigintaocto annis. Obijt autem anno domini Milleſimo cēteſimo quinquageſimotertio.xiij.kal'ſeptēbris expletis uitæ ſuæ annis ſexagintatrib⁹. Fecit qdē in uita ſua centum ſexaginta monaſteria,& dimiſit in Claraualle ſeptingentos fratres domino famulantes.

¶Origo quorundam ordinum.

¶Ordo ſancti Bñdicti incepit circa annos dñi.ccccccxxj.
¶Cluniaceñ.Dcccxij.
¶Cartuſieñ.Mlxxxiiij.
¶Ciſtercieñ.Mxcviij.
¶Templariorum.Mxcviij. Qui poſtmodum fuerunt deſtructi uel deleti.Mcccx.
¶Præmonſtrateñ.M.cxx.
¶Ioannitarum,id eſt Hieroſolymitarum.Mcxl.
¶Ordo trinitatis.Mcxcvj.
¶Prædicatorum.Mcc.
¶Minorum.Mccx.
¶Carmelitarum.Mccxx.
¶Auguſtinorum.Mccl.

¶Deo gratias.

TABVLA SVPER SERmones Gilberti ſuper Cantica canticorum.

¶De litera. A

ABſconde eleemoſynam in ſinu pauperis,& ipſa orabit pro te ad dominum,exponitur ſermone.x.A.
Adiuro uos &c.exponitur.xiiij. A. xlvj.A.
Adducet dominus uentū de deſerto urentem,& deſiccabit uenas mortis,exponitur.xv.C.
Amos ipſe de quiete inquietior redditur.ij.E.
Amor humanum animum deo conciliat & unit.xj.A.
Amor commendatur.xix.per totum.
Amor proximi compaſsionem habet, & quendam nimis ſuauem guſtum.xix.F.
Amor in auribus dñi ſolus obſtrepens,corporalium ſtrepitus dedignatur uerborum.xxiij.C.
Amor uehemens patientis ſimul afficit & carnem & mentem.xlvj.C.
Amanti quàm durum eſt animum dimidiare cum Chriſto & mūdo.xj.A.
Amantiū zelus impatiens quid habeat.xiij.A.
Amici quare aliqui dicatur,& quare chariſsimi.xlj.G.
Angeli cuſtodes & curatores noſtri ſunt.vij.E.
Angelico exemplo humilem & attētum præbeamus auditum alieno ſermoni.xxj.B.
Angelus in annūtiatione,angel⁹ in natiuitate &c.xxj.B.
Annūciatio precationis tenet effectū.xlvj.C.
Animus quanto fuerit expeditior,tanto quidem impenſior erit in illud quod amat.j.C.
Antidotū efficax ad mitigandum omnem mentis deſolationem eſt ſpes reſurrectionis futuræ.xxxij.D.
Aperi ſibi p cōtēplationē diuinitas petit à nobis.xliij.A.
Apertio ſponſi eſt apparitio eius.xliij.A.
Apertio ſponſæ eſt apparatus eius.xliij.
Aperire non poſſet ſponſa niſi prius dilectus inſpirationis manum occultam apponeret.xliij.C.
Apoſtolorum commendatio.xxxiiij.F.
Aquæ uiuæ ſunt aquæ non deficiētes.xxxvij.G.
Aquilo ſignificat aduerſitates & aduerſam fortunā.xxxviij.&.xxxix.quaſi per totum.
Arbitrium ubi eſt,ſemper liberum eſt,non tamen liberum ad omnia.xxxix B.
Argētum quid ſignificet.xviij.B.
Aroma mihi uidetur offerre qui orat & optat.xxxij.G.
Aroma bonū,ꝓpoſitū ſctm̄,& cōſcientia pura.xxxviij.F.
Aſcende deus ſuper nubem leuem &c.exponitur.xv.C.
Aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo,exponitur.xx.A.
Aurum quid ſignificet.xviij.B.
Auſter ſignificat felicitatē & ſecuritatē terrenam.xxxviij.&.xxxix.quaſi per totum.

¶De litera. B.

BAlſamum olere quis dicatur.xvij.F.
Bene ungitur & bene redolet qui diligit bona coram deo &c.xxxiij.B.
Bonum opus uel quærere Ieſum uel tenere,ſed opportunitas& loci & tpis huic adhibēda eſt opi.j. B.
Bona iuſtitia quæ dicatur,& quæ melior.xij.B.
Bonus odor fama bona,bon⁹ odor cōſcia bona.xvij.D.
Bona intentio pura,quam uiuidam reddit & uelut animatam feruida & dulcis affectio.xxix.C.
Bona unguenta impaſsibilitas & patientia.xxxij.D.
Bonū unguentū & bonus odor ſpiritualis in dño exultatio,& modeſta exhibitio lætitia & notitia.xxxiij.B.
Bona ueſtimenta bona ſunt opera.xxxiiij.D.
Bonus ſopor mentis exceſſus & alienatio ab affectib⁹ carnis & à ſenſibus corporis.xiiij.D.xlij.A.

¶De litera. C.

CAminus Chriſtus dicitur.xv.A.
Chaos magnum firmatum eſt inter animam, & dei naturam.viij.E.
Cantate deo canticū nouū &c.exponit.iiij.F.
Capacē eſſe ſummi boni,ipſum habere, & eſſe ipſum, hæc tria diſtincta ſunt.viij.F.
Capilli tui ſicut grex caprarum &c.exponitur.xxiij.quaſi per totum.
Capreæ & cerui qui dicantur.xiiij.A.B.
Charitas commendatur.xix.per totum.
Charitas ſpeciale quoddam eſt inſigne diſcipulatus Chriſti & doctrinæ eius ſingulare indicium.xix.F.
Charitati innata iſt ſolicitudo quædam, prudentia quædam &c.xxvj.F.
Charitas ipſa nouit tentamenti occaſiones,& cū opus eſt fugere,& ubi fugiēdi nō eſt copia,fortiter ferre.xxvj.F.
Charitas radix eſt, & quaſi rami uirtutes cæteræ de illa pullulant.xxxij.F.
Charitas ſit tibi cuſtodia flammea.xxxv.B.
Charitas ordinata quando dicatur.xlj.G.
Chariſsimus quis dicatur.xlj.G.
Carnis nomen in bono alicubi accipitur.j.G.
Caro uoluntarijs afflicta diſciplinis nónne deum ad propiciationē flectere nititur.xxxiiij.E.
Caſtitas commendatur.xviij.A.
Caſtitatis Chriſti,Mariæ,& aliorum differentia.xl.F.
Cedrus,Libanus,myrrha,aloe.quatuor uirtutes cardinales interpretantur.xxxvj.G.
Circūitus quidam ſpirituales declarantur.iiij.A.
Ciuitas dei dici poteſt non inconuenienter uniuerſitas creaturæ.iiij.C.
Cogitationes antiquas qui neſciunt habere.xij.A.
Cogitatio praua quam contagio ſequitur.xliij.B.
Collis thuris quis dicatur.xxviij.C.D.
Colli nomine quid accipiatur.xxvj.A.xxx.C.
Colloquia tua,conuerſatio cōis, gratiam ſpirēt.xxxvj.E.
Comedite amici & bibite,& inebriamini chariſsimi,exponitur.xlj.F.
Cōmēdatio cuiuſdā abbatis mortui Riuallis.xlj.D.E.F.
Compaſsio interna & compoſitio quædam diſciplinæ & doctrinæ neceſſariæ ſunt doctoribus.xxvij.A.
Concupiſcentia cùm ſola eſt,ſatis inardeſcit,exterior uero materia ſi accedit inſanit.xxvj.B.
Conſcientia bona nil tutius.j.F.
Conſcientia cuiuſq; habet quandā ꝓpriā faciem.xxv.C.
Conſiliatio quidē utilis,& frequenter quod non confert eorum qui cōſuluntur eruditio, conſulētis meretur humilitas.vij.A.
Contemplatio iucunda in cæleſti familia.vij.E.
Contemplatio ſola non excidet in futuro,ideo hanc partem tibi elige in præſenti.xj.B.
Contemplationis gratia compaſsionem non euacuat ſed informat mentis exceſſus.xiiij.C.
Contemplatio paſsionis Chriſti.xx.B.D.xxj. per totum.
Contemplatio ſapientiæ æterna refectio eſt.xxiij.G.
Contemplationis locus pulcherrimus ubi ſit.xxvij.F.
Contemplandi de deo triplex modus.xliij.D.
Contritio bona quæ dicatur.xv.G.
Cor impij eſt turbulentum & tabidum,lutoſum,& ſecum ſemper colluctans.ij.B.
Cor Chriſti quod dicatur.xxj.F.
Corda libera & à rei familiaris cura magis profluunt in contemplatione & charitate dei.xxxix.A.
Cornelij centurionis commendatio.xxxiiij.F.
Corona nobis eſt incarnatio.xx.E.
Coronatur ille per tribulationis tolerantiam,qui mittis q manſuetus &c.xxix.D.
De corpore Chriſti uide.vij.F.
Cùm pertranſiſſem illos &c.exponitur.vij.B.C.